

D. VESPASIANVS AVG. 438  
de apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus, atq; cōfēctus est, et inde unco tractus in Tiberim.

Interpretatio ostensi. CAP. XVIII.

P Eriit cum fratre & filio, anno uite VII. quinquegesimo: nec se felliū coniecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Viennae ostendimus, non aliud portendi predixerant, quam uenturum in alicuius Gallicani hominis potestatem: siquidem ab Antonio primo aduersarum partium duce oppressus est. Cui Tolosae nato cognomen in pueritia Beco fuerat, id ualeat, gallinacei rostrum.

C S V E T O N I I  
T R A N Q V I L L I

D. Vespasianus Augustus.

De gente Flavia, & Vespasiani  
progenitoribus.



EBELLIONE trium principum, & cāde, incertum diu, & quasi uagum imperium suscepit: firmavitq; tandem gens Flavia obscura illa quidem, ac sine ullis maiorum imaginibus, sed tamē Reipu. nequaquam pœnitenda, constet licet Dōce z mitianum

## 436 C. SVETONII TRANQ.

mitianū cupiditatis, de sœvitie meritō pœnas luisse.  
T. Flavius Petronius municeps Rheatinus, bello ciui-  
li Pompeianarū partium centurio, incertum sponte,  
an euocatus profugit ex Pharsalica acie, domumq;  
se cœtulit. Vbi deinde uenia, & missione impetrata,  
coactiones argentarias factitauit: huius filius cogno-  
mine Sabinus expers militie, et si quidam cum primis  
pilarem, nonnulli cum adhuc ordines duceret, sacra-

<sup>a Al. pub-</sup> mento solutum per causam ualestinis tradunt, \* pu-  
licum quadragesimæ in Asia egit. Manebantq; ima-  
gines à ciuitatibus ei positæ sub hoc titulo, καλως  
τελωνηρατι. Postea scenus apud Heluetios exer-  
cuit, ibiç; diem obiit, superstitibus uxore Vespasia  
Polla, & duobus ex ea liberis: quorū maior Sabinus  
ad præfecturam urbis, minor Vespasianus ad princi-  
patum usque processit. Polla Nursia honesto genere  
orta, patrem habuit Vespasium Pollionem, ter Tri-  
bunum militum præfustumq; castorū, fratremq; Se-  
natorem prætorię dignitatis. Locus etiam nunc ad  
sextum milliarium à Nursia Spoletū euntibus in mon-  
to summo appellatur Vespasie, ubi Vespasiorū com-  
plura monimenta extant, magnum indicium splendo-  
ris familie & uictustatis. Non negauerim iactatum à  
quibusdam Petronij patrem è regione transpadana  
fuisse mancipem operarum, que ex Umbria in Sabi-  
nos ad culturam agrorum quotannis commicare so-  
lerent

D. VESPASIANVS AVG. 457

lerent: sub sedisse autem in oppido Reatino, uxore  
ibidem ducta, ipse ne uestigium quidem de hoc, qui-  
us satis curiosè inquirerem, inueni.

καλδι τελωνίουτι. Id est, bene publicū administrati.

Ortus Vespasiani, & educatio eius. CAP. II.

**V**espasianus natus est in † Samnijs ultra Rea- <sup>+ Al. Sabi</sup>  
tem, uico modico, cui nomen est Phalacrine,

XV. Calend. Decemb. ueffperi. Q. Sulpitio Cameris-  
no, C. † Poppæo Sabino C O S S. quinquennio ante <sup>+ Al. Pom.</sup>  
quā Augustus excederet, educatus sub paterna auia <sup>peio.</sup>

Tertulla in prædijs Cosanis. Quare princeps quoq;  
& locum incunabulorum aſiduè frequentauit, ma-  
nente uilla qualis fuerat olim, ne quid scilicet oculorū  
consuetudini deperiret. Et auie memoriam tantope- <sup>+ Al. pocil</sup>

re dilexit, ut solennibus ac festis diebus † poculo quo lo.

que eius argēto potare perſeuerauerit. Sumpta to-  
ga virili, latum clavum, quanquam fratre adepto, diu  
auersatus est; nec ut tandem appeteret, compelli niſi  
à matre potuit. Ea demum extudit, magis conuictio q;  
precibus uel autoritate, dum eum identidem per co-  
tumeliam anteambulonem fratris appellat. Tribuna-  
tum militum in Thracia meruit. Quæſtor Cretam,  
et Cyrenas prouinciā forte cepit, ædilitatis, ac mox  
præture candidatus etiam non sine repulsa, sextoq;  
loco uix adeptus est. Ac prima statim petitione, et in  
primis Prætor infensus Senatui, Caium ne quo non.

Ee 3 genere

genere demeretur, ludos extraordinarios, pro victoria eius Germanica depoposcit, peneque coniuratus addendum censuit, ut inseulti projicerentur. Egit et gratias ei apud amplissimum ordinem, quod se honore coenae dignatus esset.

Vxor eius et filij. CAP. III.

**I**ntra hæc Flauia Domicillam duxit uxorem, Statilij Capellæ equitis Ro. Sabracensis ex Africa delegatæ olim, Latinæque conditionis, sed mox ingenuæ et ciuem Romanam recuperatorio iudicio pronuntiatam patre afferente Flauio liberali Feretini genito, nec quicquam amplius quam questorio scriba. Ex hac liberos tulit, Titum et Domitianum et Dominicillam. Vxori ac filiæ superstes fuit, atque adhuc utræque priuatus amisit. Post uxoris excessum, Cenide Antoniae libertam, et à manu, dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium, habuitque etiam imperator penè iustæ uxoris loco.

Expeditionis eius Germanica et Iudaica. CA. IIII.

**C**laudio principe Narcissi gratia legatus legationis in Germaniam missus est, inde in Britanniam translatus, tricies cum hoste conflixit. Duas ualidissimas gentes, superque XX. oppida et insula Vecte Britanniæ proximam in dditionem rededit, partim Auli Plautij consularis legati, partim Claudij ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta, et in spatio brevius

breui duplex sacerdotiū accepit. Præterea consula-  
 tū, quē gesit per duos nouissimos anni menses, me-  
 dium tempus ad proconsulatum usq; in otio, secessit  
 egit, Agrippinam timens potentē adhuc apud filiū, et  
 defuncti quoq; Narcissi amicos perosam. Ex in ser-  
 tus Africā integrimē, nec sine magna dignatione Dignatio  
 administravit, nisi quod Adrumeti seditione quadam, <sup>p</sup>dignitas  
 rapa in eū iacta sunt. Rediit certè nihil opulentior,  
 ut qui propè labefactata iam fide, omnia prædia fra-  
 tri obligarit, necessariosq; ad māgonicos questus su-  
 stinendae dignitatis causa descenderit, propter quod  
 uulgō Mulio uocabatur. Conuictus quoq; dicitur du-  
 centa H S. expreſſisse iuueni, cui latum clavum aduer-  
 sus patris uoluntatē impetrarat, eoq; nomine graui-  
 ter increpitus, peregrinatione Achaia inter comites  
 Neronis, cùm cantante eo aut discederet səpius, aut  
 presens obdormiceret, grauiſsimā contraxit offen-  
 sam, prohibitusq; non contubernio modō, sed etiam  
 publica salutatione, secessit in paruam, ac deuiam ci-  
 uitatem, quoad latenti, etiamq; extrema metuēti pro-  
 uincia cum exercitu oblata est. Percrebuerat orien-  
 te toto, uetus & constans opinio, esse in fatis, ut eo  
 tempore iudea profecti rerū potirētur. Id de impe-  
 ratore Romano, quantū euenu postea prædictū pa-  
 tuit, iudei ad se trahentes, rebellarunt: cæsoq; præ-  
 posito, legatum insuper Syriæ consularem, suppetias

<sup>p</sup> Expressit  
<sup>p</sup> Extorsit

ferentem, rapti aquila fugauerunt. Ad hunc motum  
comprimendum cum exercitu ampliore, et non insfre  
nua duce, cui tamen tutò tantares committeretur,  
opus esset, ipse potissimum delectus est, & ut indu-  
striae experte, nec metuendus ullo modo ob humilita-  
te generis ac nominis. Additis igitur ad copias dua-  
bus legionibus, octo aliis, cohortibus decem, atq; inter  
legatos maiore filio assumpto, ut primum prouincia  
attigit, proximas quoq; ciuitates cōvertit in se, corre-  
ct a statim castrorum disciplina, uno quoq; & altero  
prælio tam constanter inito, ut in oppugnatione ca-  
stellis lapidis ictum genu, scuto sagittas aliquot exce-  
perit.

*Præfigia & signa imperium eius prece-  
dentiæ.* CAP. V.

**P**ost Neronem, Galbaniq; Othonem, atq; Vitellio  
de principatu certantibus, in spem imperij ue-  
nit, iam pridem sibi per hæc ostenta concepta: In sub-  
urbano Flauiorum quercus antiqua, que erat Marti  
sacrata, per tres Vespasianum partus, singulos repente  
ramos à frutice dedit, haud dubia signa futuri cu-  
iusq; fatti. Primum exilem, & citò arefactum, ideoq;  
puella nata non perannauit. Secundum præulidum  
ac prolixum, & qui magnam felicitatem portende-  
ret. Tertium, uero instar arboris. Quare patrem Sa-  
binum ferunt aruspicio insuper confirmatum renun-  
ciasse

ciasse matri, nepotem ei Cæsarem genitum, nec illam  
quicquam aliud, quam cachinasse, mirantē, quod ad-  
huc se mentis compote deliraret iam filius suus. Mox  
cum ædilem eum, C. Cæsar succens, propter curam  
uerrendis uis non adhibitat, luto iussisset oppleri,  
congesto per milites in prætextæ sinu, non defue-  
runt, qui interpretarentur, quandoq; proculcatana  
desertamq; Rempabl. ciuili aliqua perturbatione in  
tutelam eius ac uelut in gremium deuenturam. Præ-  
dente eo quondam, caris extrarius triclinio manum  
humana intulit, mæsæq; subiecit. Coenante rursus, bos  
arator decusso iugo, tricliniū irruptit, ac fugatis mi-  
nistris, quasi repente defessus, procidit ad ipsos accu-  
bentis pedes, ceruicemq; submisit. Arbor quoque cu-  
pressus in agro auita sine illa ui tempestatis euulsa  
radicibus atq; prostrata, insequēti die uiridior ac fir-  
mior resurrexit. At in Achæia somniauit, initium si-  
bi suisq; felicitatis futurum, simulac dës Neroni ex-  
ptus esset, euenitq; ut sequenti die progressus in atrí-  
um, medicus dentem ei ostenderet, recenter quidem  
exemptum. Apud Iudeum Carmeli dei oraculum con-  
sulentem, ita confirmauere sortes, ut quicquid cogita-  
ret, uolueretq; animo quantumlibet magnum, id esse  
prouenturum pollicerentur. Et unus ex nobilibus ca-  
ptiuis Iosephus, cū coniceretur in uimcula, cōstanti-  
simè assuerauerit fore, ut ab eodem breui solueretur,

uerum iam imperatore. Nūtiabantur & ex urbe præfigia, Nerone diebus ultimis monitum per quietē, ut thēsam Louis Opt. Max. è sacrario in domum Vespasiani, & in circum deduceret. Ac non multò pōst comitia secundi consulatus incunе Galba, statua diui Iulij ad orientem sponte conuersa, acieq; Bebriacen si prius, quām committeretur duas aquilas in conspe ctu omnium conflixisse, uictaq; altera, superuenisse tertiam à solis ortu, ac uictricem abegisse.

Assumptio eius ad imperium. CAP. VI.

**N**ec tamen quicquam antē tentauit, prompti s̄imis atq; etiam instantibus suis, quām sollicitatus quorundam & ignotorum & absentium fortuito favore. Mœsiaci exercitus bina ē tribus legionibus missa aurilio Othoni, postquā iter ingressis nunciatum est, uictum eum ac uim uitæ sue attulisse, nihil secius Aquileā usq; perseverauerunt, quasi rumori minus crederent. Ibi per occasionem ac licentiam, omni rapinarum genere grassati, cū timarent, ne sibi reuersis reddenda ratio, ac subeunda pena esset, consilium inierunt eligendi & creandiq; imperatoris. Nec enim deteriores esse, aut Hispaniensi exercitu, qui Galbā, aut prætoriano, qui Othonē, aut Germaniciano, qui Vitellium imperatore fecissent. Propositis itaq; nominibus legatorum cōsularium, quot ubiq; tunc erant, cum ceteros alij alii alia

\* AL. curā  
di,

alia de causa improbarent, & quidam è legione ter-  
tia, que sub exitu Neronis trāslata ex Syria in Mœ-  
siām fuerat, Vespasianum laudibus ferrent, assensere  
cūstī, nomenq; eius uexillis omnibus sine mora inscri-  
pserunt. Et tunc quidem compressa res est reuocatis  
ad officium munieris parumper. Cæterum diuulgato  
facto, Tiberius Alexander p̄fectus Aegypti pri-  
mus in uerba Vespasiani legiōes adegit Cal. Iulij, qui  
principatus dies in posterū obseruatus est. Iudaicus  
deinde exercitus, V. Idus Iul. apud ipsum iurauit. Plu-  
rimū coeptis contulerunt, iactatum exemplar ep̄ Veræ sive  
stole ueræ sive falsæ defuncti Othonis ad Vespasias falsæ, pro  
num, extrema obtestatione ultionem mandantis, et ut seu ueræ,  
Reip. subueniret, optantis: simul rumor dissipatus, de-  
stinasse Vitellium uictorem permutare hyberna le-  
gionum: & Germanicas transferre in orientem ad  
securiorem mollioremq; militiam. Præterea ex p̄f-  
sidibus prouinciarum Licinius Mutianus, & è regi-  
bus Vologesus Parthus: ille deposita simultate, quan-  
in id tempus ex emulatione non obscurè gerebat, Sy-  
riacum promisit exercitum: hic X L. millia sagittariorum.

Miracula quædam per eum facta in initio prin-  
cipatus eius. CAP. VII.

**S**Vcepto igitur ciuili bello, ac ducibus copijsq;  
in Italiam p̄missis, interim Alexandriam trā-  
sijts

sunt, ut claustra Aegypti obtineret. Hic cum de firmate imperij capturus auspicium, adē Serapidis, sub motis omnibus solus intrasset, ac propitiato multum deo, tandem se conuertisset, uerbenas, coronas, & pannificia, ut illic assolet. Basilides libertus obtulisse si uisus est: quem neq; admissum à quoquam, & iam pridem propter neruorum ualestinem uix ingredi, longe q; absē constabat. Ac statim aduenēre lites rē, fusas apud Cremonā Vitellij copias, ipsum in urbe interemptum nuntiantes. Autoritas & quasi maiestas quædam, ut scilicet inopinato, & adhuc nouo principi deerat: hec quoq; accessit. E plebe quidam luminibus orbatus, item aliis debili crure, sedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem ualestinis, demonstrata à Serapide per quietem; restitutur oculos, si inspuisset: confirmaturum crus, si dignaretur calce contingere. Cum uix fides esset rem illo modo successuram, ideoq; ne experiri quidem auderet: extremò hortantibus amicis, palam pro concione utrumque tentauit, nec euentus desuit. Per idem tempus Tegeæ in Arcadia, instinctu uaticinantium, effossa sunt sacrato loco uasa operis antiqui, atq; inijs assimilis Vespasiano imago,

Restitutio collapse Reipublic. CAP. VIII.

**T**alis, tantaq; cum fama in urbem reuersus, acto de Iudeis triumpho, consulatus octo ueteri ade didit.

D. VESPASIANVS AVG. 445

didit. Suscepit et censuram, ac per totum imperij tēs-  
pus nihil habuit antiquius, quām propē afflictam nu-  
tantemq; Rēpubl. stabilire primō, deinde et orna-  
re. Milites, pars uictoriæ fiducia, pars ignominia do-  
lore, ad omnem licentiam, audaciamq; processerant.  
Sed et prouinciae ciuitatesq; liberæ, nec non et re-  
gna quādam tumultuosius inter se agebant. Quare  
Vitellianorum quidem et exautorauit plurimos, et  
coercuit. Participibus autē uictoriæ adeò nihil extra  
ordinem induxit, ut etiam legitima præmia non nisi  
sero persoluerit. Ac ne quam occasionem corrigen-  
di disciplinam prætermitteret, adolescentulum fra-  
grantem unguento, cum sibi pro impetrata preses-  
tura gratias ageret, nutu aspernatus, uoce etiā gra-  
uiissima increpuit, maluisse alliū oboluisses, literasq;  
reuoauit. Clasiarios uero, qui ab Hostia et Puteo-  
lis Romam pedibus per uicos commeant, petentes cō-  
stitui aliquid sibi calcearij nomine, quasi parum esset  
sine respōso abegisse, iusit post hæc excalceatos cur-  
sitare: et ex eo ita cursitant. Achaia, Lyciam, Rhos-  
dum, Byzantium, Samum libertate adepta, itē Thra-  
ciam, Ciliciam, et Comagenem ditionis regiæ usque  
ad id tempus in prouinciarū fermā redēgit. Cappa-  
dociæ propter assiduos Barbarorū incursus legio-  
nes addidit, consularemq; rectorē imposuit pro equi-  
te Romano. Deformis urbs ueteribus incedijs ac rui-  
nis erat;

446 C. SVETONII TRANQ.

nis erat: uacuas areas occupare, et edificare, si pos-  
sessores cessarent, cuicunq; permisit. Ipse restitutio-  
nem Capitolij aggressus, ruderibus purgandis manus  
primus admoveuit, ac suo collo quedam extulit, area-  
rumq; tabularum tria millia, que simul conflagraue-  
rant, restituenda suscepit, undiq; inuestigatis exem-  
plaribus. Instrumentum imperij pulcherrimum, ac ue-  
tustissimum consecit: quo continebantur penè ab ex-  
ordio urbis Senatus consulta, plebiscita de societate  
et foedere, ac priuilegio cuicunq; concessis.

Restitutio collapse Reipub. CAP. IX.

**F**ecit et noua opera, templum Pacis foro proxim-  
um, diuiq; Claudij in Celio moe, coeptum qui-  
dem ab Agrippina, sed à Nerone propè funditus de-  
structum: item amphitheatum urbe media, ut desti-  
nasse compererat Augustum. Amplissimos ordines, et  
exhaustos cæde uaria, et contaminatos ueteri negligi-  
Recesso, pgentia, purgauit suppleuitq; recenso Senatu et equi-  
rcensito. te, submotis indignissimis, et honestissimo quoq; Itali-  
corū, ac prouincialium allecto: atq; uti notum esset,  
utrumq; ordinem non tam libertate inter se, quam di-  
gnitate differre, de iurgio quodam Senatoris, equi-  
tisq; Romani ita pronunciauit: Non oportere male-  
dici Senatoribus, remaledici ciuile, fasq; esse.  
Lititia per eum compendiosissime decis. CAP. X.

Litium

**L**itiū series ubiq; maiorem in modum excreue-  
rant, manentibus antiquis intercapidine iuris-  
dictionis, accendentibus nouis ex cōditione, tumultuq;  
temporū. Sorte elegit, per quos raptā bello restituē-  
rentur, quiq; iudicia centumuiralia, quibus peragen-  
dis uix suffictura litigatorum etas uidebatur, extra  
ordinem dijudicarent, redigerentq; ad breuiſſimum  
numerum.

Decretum in fœneratores. CAP. XI.

**L**ibido atque luxuria coērcente nullo inualue-  
rat. Autor Senatui fuit decernendi, ut que se  
alieno seruo iunxiſſet, ancilla haberetur. Néue filio-  
rum familias fœneratoribus exegendi crediti ius un-  
quam eſſet, hoc eſt, ne post patrum quidem mortem.  
Ceteris in rebus statim ab initio principatus usque  
ad exitum ciuilis & clemens.

Mediocritas originis non diſſimulata.

CAP. XII.

**M**Ediocritatem pristinā neq; diſſimulauit un-  
quam, ac frequenter etiam præ ſe tulit. Quin  
conantes quodam originem Flauij generis ad  
conditores Reatinos, comitemq; Herculis, cuius mo-  
numentum extat uia ſalaria, referre, irriſit ultro. A-  
deoq; nihil ornamentorū extrinſecus cupidè appeti-  
uit, ut triumphi die fatigatus tarditate et tedium pom-  
pe, non retinererit, merito ſe plecti, qui triumphum  
quaſſ

## 448 C. SVETONII TRANQ.

quasi aut debitum maioribus suis, aut speratum unde  
sibi, tam incepit senex concupisset. Ac ne Tribunitia  
quidem potestatem, & patris patriæ appellationem  
nisi serò recepit. Nam consuetudinem salutates scruta-  
tandi, manente adhuc bello ciuili, omiserat.

## Patientia erga criminantes. CAP. XIII.

**A** Micorum libertatem, causidicorum figuratas,  
ac philosophorum contumaciam lenissime tua-  
uit. Licinium Mutianum nota impudicitia, sed merita-  
torum fiducia minus sui reverente, nunquam nisi  
clam, & hactenus relaxare sustinuit, ut apud commu-  
nem aliquem amicum querens, adderet clausula. Ego  
tamen vir sum. Saluum Liberalem in defensione di-  
uitis rei, ausum dicere, quid ad Cæsarem, si Hippa-  
chus H. S. millies habet? & ipse laudavit. Demetrium  
Cynicum in itinere obuium sibi post dominationem,  
ac neq; assurgere, neq; salutare se dignante, oblatra-  
tem etiam nescio quid, satis habuit canem appellare.

Causidicarum figuratas.) Hoc est, figuratas locutio-  
nes in Cæsarem quibus solent causidici in agendo  
ludere & obscurè notare, quem non audent palam.

Philosophorū cōtumaciā.) Olim erat philosophis  
propter professionē magnā linguae libertas, qui uole-  
bat uideri supra humanā conditionē esse se positos.

Obludio inimicitiarum contra eum.

## CAP. XIV.

**O**ffensarum, inimicitiarumque minimè memor,  
executore, Vitellij hostis sui filiam splendidis-  
simè

simè maritauit, deditq; etiam & instruxit. Trepidum eum interdicta aula sub Nerone, querentemq; quidnam ageret, aut quò abiret, quidā ex officio admissionis simul expellēs, abire Morboniam iusserat. In hunc postea deprecantem haud ultra uerba excanduit, & quidem totidem ferè atq; eadem. Nam ut suspitione aliqua, uel metu ad perniciem cuiusquam cōpolleretur, tantum absuit, ut monentibus amicis caēdum esse Metium Pomposianum, q; uulgò crederetur genesim habere imperatoriam, insuper C O S S. fecerit, spondens quandoq; beneficij memorem futurum.

Clementia eius in reos accusatos.

## C A P. X V.

**N**on temerè quis punitus insons reperitur, nisi absente eo & ignaro, aut certè inuito, atq; accepto. Heluido Prisco, qui reuersum ex Syria solus, priuato nomine Vespasianum salutauerat, & in prætura omnibus edictis sine honore ac mentione ultra trāmiserat, non ante succensuit, quam altercatis insolentissimis penè in ordinem redactus. Hunc quoque, quamuis relegatum primò, deinde & interfici iussum, magni estimauit seruare quoquo modo, missis qui percussores reuocarent: & seruasset, nisi iam perijisse falso nunciatum esset. Cæterum neq; cæde cuiusq; unquam lētatus, iustis supplicijs illachrymauit etiam, & ingemuit.

## 450 C. SVETONII TRANQ.

Avaritia eius &amp; cupiditas. CAP. XVI.

**S**ola est, in qua meritò culpetur, pecunie cupia  
ditas. Nō enim cōtentus omissa sub Galba uecti  
galia reuocasse, noua et grauia addidisse, & auxisse  
tributa prouincijs, nōnullis & duplicasse: negotiatio  
nes quoq; uel priuato pudendas propalām exercuit,  
coēmendo quēdam tantum, ut pluris postea distrahe  
ret: nec candidatis quidem honores, reis ue tam inno  
xijs, quām nocentibus absolutiones uenditare cūltat  
us est. Creditur etiam procuratorum rapacissimum  
quenq; ad ampliora officia ex industria solitus pro  
mouere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus  
quidem uulgō pro spongijs dicebatur uti, quod quasi  
& siccōs madefaceret, & exprimeret humētes. Qui  
dam natura cupidissimum tradūt, idq; exprobratum  
ei à sene bubulco. Qui negata sibi gratuita libertate,  
ealquam t̄ qua imperium adeptum suppliciter orabat, procla  
mauerit, Vulpem pilum mutare, non mores. Sunt con  
trā qui opinentur ad manubias, & rapinas necessi  
tate compulsum, summa ærarij, fisciq; inopia, de qua  
testificatus sit initio statim principatus, professus  
quadrinēties millies opus esse, ut Respub. stare pos  
set. Quod & uerisimilius uidetur, quando & malē  
partis optimē usus est.

Liberalitas &amp; magnificentia eiusdem.

CAP. XVII.

In omnes

**I**N omne hominum genus liberalissimus. Expletis censu senatorium. Consulares inopes quingenis sestertijs anniis sustentauit. Plurimas per totum orbem ciuitates terræ motu, aut incendio afflictas, restituit in melius.

Cultus in omnes, & præcipue doctos.

## CAP. XVIII.

**I**ngenia et artes uel maximè fouit. Primus è fisco Latinis Græcisq; rhetoribus annua centena constituit. Præstantes Poëtas, necnō & artifices coemit.

Item coloſi refectorem insigni congiario magnaq; Mechanico mercede donauit. Mechanico quoq; grandes columnas, machinas exigua impensa perducturum in Capitolium polnarum artifex. licenti præmium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit, præfatus fineret se plebeculam t' pascere.

+ Al. pasce  
re pane.

Ludi per eum editi, et conuiuia. CAP. XIX.

**L**idis per quos scena Marcelliani theatri restituta dedicabatur, uetera quoq; acroamata res uocauerat Apollinarii tragœdo quadringenta, + Al. Tar Peterino, Diodoroq; citharædis ducena, nonnullis centena, quibus minimum, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Sed & conuiuabatur assidue ac sapientè, ac dapsile, ut macellarios adiuuaret. Sicut Saturnalibus dabat uiris apophoreta, ita & Calendis Martij foeminis: &

Ff 2 tamen

tamen ne sic quidem pristinæ cupiditatis infamia ca-  
ruit. Alexandrini Cibiotatem eum uocare perseuer-  
uerunt, cognomine unius è regibus suis turpisimaru-  
sordium. Sed & in funere Fauo Archinimus perso-  
nam eius ferens, imitansq; (ut est mos) facta ac dicta

\* Al. viri, tui, interrogatis palam procuratoribus, quanti fu-  
nus & pompa constaret: ut audijt se stertia centies,  
exclamauit, centum sibi stertia darent, ac se uel in  
Tiberim proijcerent.

Dapsile. Δαψίλη. Græcis significat liberaliter,  
prolixè, & abundanter.

Statura corporis, & membrorum, & ualetu-  
do eiusdem. C A P. XX.

**S**tatura fuit quadrata, cōpactis firmisq; mēbris,  
sultu ueluti nitentis. Vnde quidam urbanorum  
non infacet è: Siquidem petenti, ut & in se aliquid di-  
ceret, dicam, inquit, cūm uentre exonerare desic-  
ris. Valetudine prosperrima usus est, quamuis ad tu-  
endam eam nihil amplius q; fauces, ceteraq; membra  
sibimet ad numerum in sphæristero defricaret, inci-  
diamq; unius diei per singulos menses interponeret.

Sphæristero. Σφαριστήρον est rotundus locus bal-  
nei, in quo exercebant se ueteres, & post exercitiū  
lauabant.

Defricaret. In tempestiis & mediocribus frica-  
tionibus, quantum auxiliū positiū sit, in tuenda sani-  
tate, ueteres autores omnes, ususq; ueterū frequen-  
tissimus testantur, quo miror magis iam nullum  
aut certe minimum usum fricationis esse.

Vite

Vite ordo in principatu eius. CAP. XXI.

**O**rdinem uite ferè hunc tenuit. In principatu maturius semper, ac de nocte uigilabat: dein = Breuiaria de perle etis epistolis, officiorūq; omnib; breuiarijs, amī<sup>pro com-</sup>  
cos admittebat: ac dum salutabatur, & calciabat ipse  
sese, & amiciebat. Post decisa quæcunq; obuenissent  
negotia, gestationi, et inde quieti uocabat, accubante  
aliqua pallacarū, quas in defunctā locū Cenidis plu-  
rimas cōstituerat, ac secretō in balneum, triclinium-  
que transfibat. Nec ullo tempore facilior, aut indul-  
gentior traditur, eaq; momenta domestici ad aliquid  
petendum magnoperē captabant.

Pallacarū. ) ωαλλακκι Græcis est pellex, & hoc  
vocabulo usi sunt & Latini scriptores.

Ludi post coenam, & quædam faceta eius dicta.

**E**t super coenam autē, & semper alias + comis<sup>s</sup> amicis.  
sumus, multa ioco transfigebat. Erat enim dica-  
cūtatis plurimæ, & sic scurrilis ac sordidæ, ut ne præ-  
textatis quidem uerbis abstineret. Et tamen nonnulla  
eius facetiissima extant, in quibus et hoc: Menstruum  
Florū Consularem admonitus ab eo plaustra potius,  
quam plostra dicenda, die postero Flaurum saluta-  
uit. Expugnatus autem à quadam quasi amore sui de-  
periret, cum productæ pro concubitu se fteria qua-  
draginta donasset, admonente dispensatore, quem= admodum summam rationibus uellet referri, Ve-

454 C. SVETONII TRANQ.  
spasiano, inquit, adamato.

Versus Græci per eum editi. CAP. XXIII.

**V**Tebarūt et uersib. Græcis tempestiuē satis, et  
de quodā proceræ staturæ, improbiusq; nato:  
Μακρὸς διεῖσας καθάδιον πολιχό σκιομέγχο.  
Et maximè de Cœrulo liberto, qui diues admodum ob-  
subterfugiendum quandoq; ius fisci, ingenuum se &  
Lachetē mutato nomine cœperat efferre, ἐπάχνε  
et al. ὡς οἴσης λάχνες ἐπάχνε & ποθένε. Καύδης τὸ δέκατον λάχνης εἰρή  
ση καρέπουλο. Et maximè tamē dicacitatē in deformi-  
bus lucris affectabat, ut inuidiā aliqua cauillatiōe di-  
lueret, transferretq; ad sales. Quendam è charis mi-  
nistris dispensationem cuidam quasi fratri petentem  
cum distulisset, ipsum candidatum ad se uocauit: exa-  
et aq; pecunia, quantam is cum suffragatore suo pe-  
pigerat, sine mora ordinauit. Interpellanti mox mi-  
nistro, alium tibi, ait, quere fratrem: hic, quem tuum  
putas, meus est. Mulionem in itinere quodam suspis-  
catus ad calciandas mulas desilisse, ut adeunti liti-  
gatori spatiū moranq; præberet, interrogauit,  
quanti calciasset, pactusq; est lucri partem. Repre-  
hendenti filio Tito, quòd etiam urinæ uectigal com-  
penſio, p mentus esset, pecuniam ex prima penſione, admouit  
solutione, ad mares, sciscitans num odore offenderetur: et illo  
negante, atqui, inquit, è lotio est. Nuntiantibus lega-  
tis, decretam ei publicè non mediocris summe sta-  
tuim

tuam colosseam, iusit uel continuò poncent, cauam  
manum ostentan, & paratam basim dicens. Ac ne in  
metu quidem, ac periculo mortis extremo abstinuit  
ioci. Nam cum inter prodigia cætera Mausoleum  
Cesarum dærepentè patueret, & stella in cœlo crini  
ta apparueret, alterum ad luniam Caluinam à gente  
Augusti pertinere dicebat: alterum ad Parthorū re-  
gem, qui capillatus esset. Prima quoq; morbi accessio  
ne, ut (inquit) puto, deus fio.

Accessio

morbi

mors

waſeſſue

Mouſa bīcā. ) Hoc est, Longum incedens, quassās  
incentem hastam.

Σ λάχες λάχες. ) Id est, ô Laches Laches cum rur-  
sus morieris, iterum diceris Cerylus.

Infirmitas & mors eiusdem.

## CAP. XXIIII.

**C**onsulatu suo nono tentatus in Campania mō-  
tiunculis leuibus, ac protinus urbe repetita, Cu-  
tylias, ac Reatina rura, ubi astiuare quotānis solebat,  
petijt. Hic cum super urgenter ualeitudinem crebera-  
rimo frigidæ aquæ usu & intestina uitiasset, nec co-  
minus muneribus imperatorijs ex consuetudine fun-  
geretur, ut etiam legationes audiret cubans, alio re-  
pentè usq; ad defecctionem soluto, imperatorem ait  
stantem mori oportere. Dumq; consurgit, ac nititur,  
inter manus subluantium extinctus est V III. Cal.  
Iulij, annua gerens etatis sexagesimum ac nonum,  
superq; mensē ac diem septimum.

## 456 C. SVETONII TRANQ.

Montiunculis leuibus.) Hoc est, inæqualitate corporis quadā leui, paruāue alii lubricitate pri-  
mum, sed causa aucta creuit & morbus.

Intestina uitiasset.) Nam aqua frigida facile læ-  
datur intestina, ut amittant suas facultates, maxi-  
mè in ma oribus natu, & æstate: quo tēpore frigent  
interiora, rapto ad exteriora naturali calore.

Præfigium de filio successuro. CAP. XXV.

**C**onuenit inter omnes, tam certum eum de sua  
suorumq; genitura semper fuisse, ut post assi-  
duas in se coniurationes ausus sit affirmare Senatui,  
aut filios sibi successuros, aut neminem. Dicitur eti-  
am uidisse quondam per quietem stateram in media  
parte uestibuli palatine domus positam examine &  
quo, cū in altera lance Cladius, & Nero starent, in  
altera ipse ac filij: nec res fecellit, quando totidem an-  
nis, pariq; temporis spatio utriq; imperauerunt.

**C** S V E T O N I I .  
T R A N Q V I L L I  
T I T V S.

De amore omnium erga Titum.

+ al. natu-  
ræ.



ITVS cognomine paterno, amor ac  
delicia generis humani, tātum illi ad  
promerendam omnium voluntatē uel  
ingenij, uel artis, uel + fortune super-  
fuit, & quod difficillimū est in imperio, quando pri-  
uatus, atq; etiam sub patre principe, ne odio quide n,  
nedum

D. TITVS VESPASIA. 457

nendum uituperatione publica caruit.

In imperio.) Sane rarū difficileq; est in imperio odio & inuidia nō modo carere, sed etiā amari eum, q; priuatus odio & uituperatiō dignus sit habitus.

Ortus & educatio Titi. CAP. II.

**N**atus est IIII. Calend. Ianuarias insigni anno Caiana nece, prope Septizoniū, iordidis ædibus, cubiculo uero perparuo & obscuro: nam manet adhuc, & ostenditur. Educatus in aula cum Britannico simul, ac paribus disciplinis, & apud eosdem magistros institutus. Quo quidē tempore, aiunt Metoposcopum, à Narciso Claudi liberto adhibitū, ut Britannicum inspiceret, constantissimè affirmasse, illum quidem nullo modo, ceterū Titum, qui tunc pro pè astabat, utiq; imperaturum. Erant autem adeò familiares, ut de potionē, qua Britanicus hausta periit, Titus quoq; iuxta cubans gustasse credatur, grauiq; morbo & afflictatus diu. Quorum omnium mox me- + Al. affi-  
mor, statuam ei auream in palatio posuit, & alteram etus.  
ex ebore equestrem, que Circensi pompa hodie quoque prefertur, dedicauit, prosecutusq; est.

Metoposcopum.) μετωποσκόπος est qui ex fronte, oculis, & tota facie hominis naturā iudicat. μετωποῖς frontem, σκοποῖς speculatorē denotat,

Virtus eius & scientia. CAP. III.

**I**n puerō statim corporis, animiq; dotes explen- Explende  
scere, pro  
duerūt, magis ac magis deinceps per ætatis gra- eminere.

Ff 5 dus

dus forma egregia, et cui non minus autoritatis inef-  
set, q̄ gratiae: præcipuum robur, quanquam neq; pro-  
cera statura, & uentre paulò projectiore: memoria  
singularis, docilitas ad omnes fere tum belli, tum pa-  
cis artes. Armorū & equitandi peritiſſimus, Latinę  
Græcāq; lingue, uel in orando, uel in fingendis poe-  
matibus promptus, & facilis ad extemporalitatem  
usq; sed ne musica quidem ruidis, ut qui cantaret, &  
psalleret iucundè, scienterq;. E pluribus comperi, no-  
tis quoq; excipere uelociſſimè solitum, cū amanuen-  
sibus suis per ludum iocumq; certantem: imitari chis-  
rographa quæcunq; uidisset, ac profiteri, ſepe ſe ma-  
ximum falſarium eſſe potuiffe.

Vxores eius, honores atq; uictoriae. C. A. IIII.

**T**ribunus militū & in Germania & in Britan-  
nia meruit summa industria, nec minore mode-  
stia & fama, ſicut apparet ex imaginū eius multitu-  
dine, ac titulis per utranq; prouinciam. Post stipen-  
dia, foro operam dedit, honestam magis, q̄ aſiduam.  
Eodemq; tempore Arricidiā Tertullo patre equite  
Rom. ſed præfecto quondam prætorianarum cohors-

+ Al. Ful- tium duxit uxorē, & in defuncte locum Martiam †  
uiam. Furnillam ſplendidi generis, cum qua ſublatā filia di-  
uortium fecit. Ex quaſtūrā deinde honore legioni  
præpoſitus, Taricheam & Gamalam urbes ualidifi-  
mas Iudeæ in poteſtatem redigit, equo quadam aei-  
ſub

sub feminibus amissō, alteroq; incenso, cuius rector  
contra se dimicans occubuerat.

Hierosolyma ex vgnata. CAP. V.

**G** Alba mox tente Remp. missus ad gratulat<sup>a</sup>  
um, quaquā iret, cōvertit homines quā si ad  
optionis gratia accer<sup>c</sup>retur. Sed ubi turbari rorū jas  
cūta sensit, redi<sup>t</sup> ex itinere: aditoq; Paphia Vene  
ris oraculo, dū de navigatione cō uit, etiā de impe  
rij spē cōfirmatus est Cuius breui cōpos, et ad perdo  
mandā uidēam relictus, nouissima Hierosolymorum  
oppugnatione + V II propugnatores toridē sagita  
tarū consecit ictibus, ecce pīq; eā natīli filiā suā, tan  
to militum gaudio ac fauore, ut in gratulatione impe  
ratore cum consalutauerint, & subinde decedentem  
prouincia detinuerint, suppliciter, nec nō & minaci  
ter efflagitantes, aut remaneret, aut secū oēs pariter  
abduceret: unde nata suspicio est, quasi descisceret à  
patre, orientisq; regnū sibi uendie are tentasset. Quā  
suspicionē auxit, postquam Alexandria petens, in  
consecrando apud Memphis boue + Apide diadema + AL API,  
gestauit, de more siquidem, rituq; priscae religionis:  
sed non deerant, qui secus interpretarentur. Quare  
festinans in Italiam, cum Rhegium, dehinc Puteolos  
oneraria nauē appulisset, Romam inde contendit ex  
peditisimus, inopinantiq; patri uelut arguens rumo  
rum de sc̄ temeritatē: Veni, inquit, pater ueni.

Administris

**N**equo ex eo destitit participē atq; etiam tu-  
torem imperij agere. Triumphauit cum pa-  
tre, censurāq; gesit una. Eadem collega & tribu-  
nitia potestate, & in septem consulatibus fuit. Rece-  
ptaq; ad se propè omnium officiorum cura, cum pa-  
tris nomine & epistolās ipse dictaret, et edita con-  
scriberet, orationesq; in Senatu recitaret, etiā Quæ-  
storis uice, præfecturam quoq; prætorij suscepit, nū-  
quam ad id tempus, nisi ab equite Rō. administratā.  
Egitq; aliquantò inciuius & uiolentius: siquidē su-  
spectissimum quenq; sibi, submissis qui per theatra  
& castra, quasi consensu ad pœnam deposcerentur,  
haud cunctanter opprēsset. In his Aulum Cecinnam  
consularem uirū uocatum ad coenam, ac uixdum tri-  
clinio egressum, confodi iussit. Sanè urgente discri-  
mine, cum etiam chirographum eius preparare apud  
milites coniurationis deprehendisset. Quibus rebus  
sicut in posterū securitati satis cauit, ita ad præsens  
plurimum contraxit inuidiæ, ut non temerè quis tam  
aduerso rumore, magisq; inuitis omnibus transferit  
ad principatum.

## Mutatio in melius. C A P. VII.

**P**ræter sœ uitiam, suspecta in eo etiam luxuria  
perat: q; ad medium noctem comessationes cum  
profusissimo quoq; familiarū extenderet: nec minus.  
libido,

libido, propter exoletorum & spadonū greges, propterq; insignē reginæ Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur. Suspecta et rapacitas: q; constabat in concionibus patris nundinari præmia-  
ri: q; solitum: deinde propalām alienum Neronem & opinabantur & prædicabant. At illi ea fama pro bo-  
no cœpit, conuersaq; est in maximas laudes: neq; ullo uitio reperto, & contra uirtutibus summis. Conuiuia instituit iucunda magis, q; profusa. Amicos elegit, qui-  
bus etiam post eum principes, ut & sibi & Reip. ne-  
cessarijs acquieuerunt, præcipueq; sumptam sibi Be-  
renicen, statim ab urbe dimisit inuitus inuitā. Quos-  
dam è grauissimis delicatorum, quanq; tam artifices  
saltationis, ut mox scenam tenuerint, non modò foue-  
re prolixius, sed spectare in publico omni cœtu su-  
per sedidit. Nulli ciuum quicquam ademit, abstinuit atq;  
lieno, ut si quis unquam: ac ne concessas quidē ac soli unquā ut qui ma-  
tis collationes recepit. Et tamen nemine ante se mu- ximē.  
nificantia minor. Amphitheatro dedicato, thermisq;  
iuxta celeriter extructis, munus edidit apparatisis-  
num, largissimumq;. Dedit & nauale prælium in ue-  
teri naumachia, ibidem & gladiatores, atq; uno die  
quinq; millia omne genus ferarum.

Natura bencuolentissimus. CAP. VIII.

**N**atura autem bencuolentissimus, cum ex insi-  
tuto Tiberij, omnes dehinc Cœsares beneficia  
à su-

à superioribus concessa principibus, aliter rata non  
haberent, q̄ si eadem iſſdem & ipſi dediſſent, primus  
præterita oīnīa uno cōfirmauit edicto: nec à ſe peti  
paffus eſt. In ceteris uero deſiderijs animū hominum  
obſtinatissimè tenuit ne quē ſine ſpe dimitteret: quia  
& admonentibus domeſticis, qū ſi plura pollicere-  
tur, q̄ p̄fālare poſſet: non oportere, ait, quenquam à  
ſermone principis triftēm diſcederet. Atq; etiam re-  
cordatus quondam ſuper caenā quod nihil cui quam  
toto die p̄fētitifſet, memorabilem illā, meritoq; lau-  
datam uocem edidit: Amici, diem perdiſi. Populum  
in primis uniuersum tanta per omnes occaſiones co-  
mitate tractauit, ut proposito gladiatoriо munere,  
non ad ſuum, ſed ad ſpectatiū arbitriū editurum  
ſe professus fit. Et plane ita fecit. Nam neque negauit  
quicquām p̄tentibus: & ut, que uellent, peterent, ul-  
trō adhortatus eſt. Quid et ſtudium armaturę Thra-  
ecum p̄feſe ferens, ſaepē cum populo & uoce, & ge-  
ſtu, ut fautor, cauillatus eſt: uerum maiestate ſalua,  
nec minus æquitate. Ne quid popularitatis præte-  
mitteret, nonnunquam in thermis ſuis admiſſa plebe  
lauit. Quædam ub eo fortuita ac triftia acciderunt,  
ut conſlagratio Vefei montis in Campania, & incē-  
diu m Romæ per triduum, totidemq; noctes. Item pe-  
ſilentiā quanta non temere aliās. In his tot aduersis  
ac talibus, non modò principis ſollicitudinem, ſed &  
pareno

parentis affectum unicum præstítit, nunc consolando  
per edicta, nunc opitulando quatenus suppeteret fa-  
cultas. Curatores restituendæ Campaniæ è consula-  
rium numero sorte duxit. Bona oppressorum in Ve-  
seuo, quorum hæredes non extabantur, restitutioni affi-  
ctarū ciuitatum attribuit. Vrbis incendio nihil, nisi  
sibi publicè perisse testatus, cuncta præteriorum suo-  
rum ornamenta operibus ac templis destinavit; præ-  
positusq; complures ex equestri ordine, quò quæq; ma-  
turius peragerentur. Medendæ ualeudini, lenien-  
disq; morbis, nullam diuinam, humananq; opem non  
adhibuit, inquisito omnium sacrificiorum, remedios  
rumq; genere. Inter aduersa temporum, & delato-  
res mandatoresq; erant ex licentia ueteri: hos assis-  
diu in foro flagellis ac fustibus cæsos, ac nouissimè  
traductos per amphitheatri arenam, partim subiici-  
ti seruos, ac uenire imperauit, partim in asperras  
insularum auchi. Utq; etiam similia quandoq; austu-  
ros perpetuò coerceret, uetus inter cetera de eadē  
re pluribus legibus agi, queri ué de cuiusdam defun-  
ctorum statu ultra certos annos.

## Clementia eius &amp; mansuetudo. CAP. IX.

Pontificatum maximū ideo se profissus accipes-  
tre, ut puras seruaret manus, fidē præstítit, nec  
auctor posthac cuiusquam necis, nec conscius: quamvis  
interdū uincendi causa non deesset, sed periturū se  
potius,

¶ Al. puni  
turum.

potius, quam t. perditurum adiurans. Duos patricij generis coniuctos in affectatione imperij, nihil amplius quam ut desisterent, monuit, dicens principatum fato dari: si quid praeterea desiderarent, promittens se tributurum, & confessim quidem ad alterius matrem, quae procul aberat, cursores suos misit, qui anxie filium saluum nunciarent. Ceterum ipsos non solum familiari cœne adhibuit, sed et insequeuti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collocatis, oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit. Dicitur etiam cognita utriusq; genitura, immi nere ambobus periculū affirmasse, uenturū quandoq; et ab alio, sicut euenit. Fratrem insidiari sibi non desinenter, sed penè ex professo solicitantē exercitus, meditatē fugam, nec occidere, neq; seponere, ac ne in minore quidē honore habere sustinuit, sed ut à primo imperij die, consortē successoremq; testari perse uerauit: nonnunq; secretò lachrymis & precibus orans, ut tandem mutuo erga se animo uellet esse.

Principatum fato dari. Adeo enim omnia gubernantur & reguntur, omnisq; principatus in magnis à domino est. Quanquam aliter cæcis hominum intentibus videatur.

Gesta per eum in sua morte. CAP. X.

**I**n ter hæc morte præuentus est, maiore hominum damno, quam suo. Spectaculis absolutis, in quo rum fine populo corā ubertim fleuerat, Sabinos petit aliquantè

aliquātō tristior: quod sacrificanti hostia aufugerat,  
quodq; tempestate serena tonuerat. Deinde ad pri-  
mam statim mansionem febrim nactus, cūm inde lecti  
ca transferretur, suspexisse dicitur dimotis <sup>Tēpestas;</sup> <sub>in bonam</sub>  
lis cœlum, multung; conquestus eripit sibi uitam im- <sup>+ AL. palu-</sup>  
mereti. Neq; enim extare ullum suum factum pœni- <sup>lis.</sup>  
tendum, excepto duntaxat uno: id quale fuerit, neq;  
ipse tunc prodidit, neq; cuiquam facile succurrat. Qui  
dam opinantur consuetudinem recordatum, quam  
cum fratri uxore habuerit, sed nullam habuisse per-  
sancte Domitia iurabat, haud negatura si qua omni-  
no fuisset: ino etiam gloriatura, quod illi promptissi-  
mum erat in omnibus probris.

Locus et tempus mortis eiusdem.

CAP. XI.

**E**xcessit in eadem, qua pater uilla, Idibus Se-  
ptembri post biennium ac menses duos, diesq;  
XX. quam successerat patri, altero et quadragesimo  
etatis anno. Quod ut palam factum est, non se-  
cus atq; in doméstico luctu inerentibus publicè cu-  
rit. Senatus prius, quam edicto conuocaretur, ad cu-  
riam cucurrit, obseratisq; adhuc foribus, deinde

apertis, tantas mortuo gratias egit, lau-  
desq; quantas congescit ne uiuo  
quidem unquam atq;  
præsenti.